

in clibano coquit, & artificos efficit, bilē sine molestia expurgantes, quos iejunis exhibet. Sic & nostra electuaria solida parantur ex pulueribus simplicibus, aut compositis, saccharo ad ignem dissoluto, iniectis, quæ simul spatula agitatis, ac cōmixtis in aliquam formam rediguntur. Vel enim figura quadrata tunc tabulæ aut tabulata nominatur: vel oblonga, mortelli & lozengiæ Barbaris: vel rotunda, & dicuntur orbiculi seu placentulæ, & etiam rotulæ. Dosis autem talis est, ut puluerum laxantium  $\frac{3}{4}$  j. sacchari  $\frac{3}{4}$  iij. vel iiij. addantur: licet alii ad  $\frac{3}{4}$  j.  $\frac{1}{2}$ . specierum sacchari  $\frac{1}{2}$ . vnam assumat. At diagrydii quantitas in tabellis sit. gr. viij. vel x.

Hæc rursus vel sunt purgantia, vel alterantia, & corroborantia. Purgantia sunt ex medicamentis aluum soluentibus, quæ in puluerem rediguntur, quib. saccharum in aqua stillatitia aliqua, humoris euacuando accommodata, dissolutum additur; & Tabulæ purgantes dicuntur; quæ vel in officinis habentur, vel ad istarum imitatione parantur. In officinis habentur bilem ducenria, de succo rosarum, stomachicū laxatium. Pituitam tabellę de citro, diaturbit. Serofos vero & mixtos humores diacartham, quod per se exhibetur à  $\frac{3}{4}$  iij. ad  $\frac{3}{4}$  vi. vel diacartham secundum dēscriptionem officinali nostratum à  $\frac{3}{4}$  i.  $\frac{1}{2}$ . ad  $\frac{3}{4}$  iii. sumitur: secundū aliarū cordi dēscriptionē sequentiū à  $\frac{3}{4}$  iii. ad  $\frac{3}{4}$ . vi,

Talis est compositio.

**2.** *Diagrydii, turpethi, an.  $\frac{3}{4}$ . j.*  
*medullæ sem. carthami  $\frac{3}{4}$ .  $\frac{1}{2}$ .*  
*cinnamomi, zingiber. sp. diatr. frigid. an.  $\frac{3}{4}$  ii.*  
*cortic. citri siccior. carnis cydonior. an.  $\frac{3}{4}$ . j.*  
*sacchari*